—— Oratio ad Graecos deliberatiua, pro ſubſidio Latinorum, et alia oratio deliberatiua de non reddenda Callipoli, Graece, cum verſione Latina et notis *Franc.* COMBEFISII.

v. in *Franc.* COMBEFISII Biblioth. Patrum Auctar. nouo, Tom. II, col. 1221-1320. *Pariſ.* 1648, *fol.*

—— Eaedem Orationes II, Latine, ex *Franc.* COMBEFISII interpretatione.

v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. XXVI, pag. 515-528.

—— Oratio de contemnenda morte, et HERMIAE, Philoſophi, irriſio gentilium philoſophorum, ex Bibliotheca *Io. Iac.* FVGGERI deſumta, nunc Graece et Latine opera *Raphael.* SEILERI prolata. *Baſil. per Io. Oporinum*, 1553, 8.

—— Eadem, Graece et Latine, ex *Raph.* SEILERI interpretatione.

v. inter Scripta Theologor. Graecor. veter. *Tiguri*, 1559, *fol.*

—— Epiſtola ad BARLAAMVM, de proceſſione Spiritus S., Latine.

v. in *Henr.* CANISII Lection. antiqu. ex edit. *Iac.* BASNAGII, Tom. IV, pag. 378-388. *Amſtel.* 1725, *fol.*; et in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. XXVI, pag. 10-17.

* *

§. XII.

CONSTANTINVS HARMENOPVLVS.

Conſtantini HARMENOPVLI, *Nomophylacis et Iudicis Theſſalonicenſis*, Epitome Iuris Canonici Graecorum, Graece, cum verſione Latina *Io.* LEVNCLAVII.

v. in *Marqu.* FREHERI Iure Graeco-Rom. Tom. I, pag. 1-71. *Francof.* 1596, *fol.*

—— Tractatus de opinionibus haereticorum, qui ſingulis temporibus exſtiterunt, et profeſſio fidei, Graece, cum verſione Latina *Io.* LEVNCLAVII.

v. ad calcem legationis MAN. COMNENI ad Armenios, pag. 557-576. *Baſil.* 1578, 8. et in *Marqu.* FREHERI Iure Graeco-Rom. pag. 547-554.

—— Idem, Latine.

v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. XIX, pag. 958-960.

—— Donatio CONSTANTINI M. SYLVESTRO *Papae* facta, Graece verſa.

v. in *Iul. Caeſ.* BVLENGERI Lib. II, de Imper. Rom. cap. VI, pag. 318, et in *Io. Alb.* FABRICII Biblioth. Graec. Tom. VI, pag. 5-7.

— Tomus contra *Gregor.* PALAMAM, Graece et Latine, [sine auctoris nomine.]

v. in *Leon.* ALLATII Graecia orthodoxa, Tom. I, pag. 780-785. *Rom.* 1652, 4.

— Promtuarium Iuris ciuilis.

Editiones suo tempore inter Scriptores Iuris ciuilis indicabuntur.

SECTIO XV.

PATRES GRAECI SECVLI XV.

§. I.

MAXIMVS CHRYSOBERGA.

MAXIMI CHRYSOBERGAE Oratio de processione Spiritus S. ad Cretenses, Graece, cum versione Latina *Leon.* ALLATII.

v. in *Leon.* ALLATII Graecia orthodoxa, Tom. II, pag. 1074-1088. *Rom.* 1659, 4.

* *

§. II.

SIMEON THESSALONICENSIS.

SIMEONIS *Thessalonicensis*, Dialogus de sacramento poenitentiae, Graece, cum versione Latina *Io.* MORINI.

v. ad calcem *Io.* MORINI Operis de poenitent. pag. 125-134. *Antuerp.* 1682, *fol.*

— Dialogus de sacris ordinationibus, Graece et Latine, *Io.* MORINO interprete.

v. in *Io.* MORINI Opere de sacris ordination. pag. 104-154. *Antuerp.* 1695, *fol.*

— Commentariolus de diuino templo, eius ministris, vestibus et de S. Missa, Latine. *Eiusdem* Libri II de sacris ordinationibus, Latine, ex interpretatione *Io.* MORINI.

v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. XXII, pag. 767-796.

* *

§. III.

IOANNES PLVSIADENVS.

IOANNIS, *Archipresbyteri Plusiadeni*, Disceptatio de differentiis inter Graecos et Latinos, et de sancta Synodo Florentina, Graece et Latine, *Leone* ALLATIO interprete.

v. in *Leon.* ALLATII Graecia orthodoxa, Tom. I, pag. 583-654. *Rom.* 1652, 4.

* *

§. IV.

GREGORIVS MAMMAS, *PROTOSYNCELLVS*, POSTEA *PATRIARCHA CONSTANTINOP.*

GREGORII, *Protosyncelli*, Oratio siue epistola ad Imperatorem TRAPEZVNTIVM, Graece, cum versione Latina *Leon.* ALLATII.

v. in *Leon.* ALLATII Graecia orthodoxa, Tom. I, pag. 419-468.

—— Apologia aduersus MARCI *Ephesii* Epistolam, Graece et Latine, interprete *Io. Matth.* CARYOPHILO.

v. in *Io.* HARDVINI Concil. Tom. IX, col. 601-670. *Paris.* 1714, *fol.*

* *

§. V.

GENNADIVS, SIVE GEORGIVS SCHOLARIVS.

GENNADII, *Patriarchae Constantinopolitani*, Homiliae de Sacramento Eucharistiae; MELETII *Alexandrini*, NECTARII *Hierosolymitani*, MELETII *Syrigi* et aliorum, de eodem argumento Opuscula, Graece et Latine, seu appendix ad acta, quae circa Graecorum de transsubstantiatione fidem relata sunt in Opere de perpetuitate fidei. *Euseb.* RENAVDOTIVS ex Codd. MSS. edidit, Latine vertit, Dissertationes et obseruationes adiecit. *Paris. ap. Gabriel. Martin*, 1709, 4.

—— Sermocinatio cum MAHOMETE *Turcarum Imperatore*, de recta Christianorum fide, Graece et Latine.

v. in *Mart.* CRVSII Turco-Graecia, pag. 109-120. *Basil.* 1584, *fol.*

—— Eadem, Latine.

v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. XXVI, pag. 556-560.

—— Epistola in totum orbem missa ad Metropolitanos et Papam Rom.

v. in Micropresbytico veter. Patrum, pag. 134, 135. *Basil.* 1550, *fol.*

—— Explanatio quinque capitum definitionis S. generalis Florentinae Synodi, iam olim pie conscripta, nunc vero ad communem Graecorum vtilitatem vernaculo eorum sermone donata. *Romae, typis Sacr. Congr. de propag. fide*, 1628, 4.

—— Expositio pro Concilio Florentino, Latine, *Fabio* BENEVOLENTIO interprete.

v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. XXVI, pag. 560-608.

—— Responsio capitis V Synodi Florentinae, de primatu Papae.

v. in *Io. Thomae* de ROCCABERTI Biblioth. Pontific. Tom. XIII, pag. 188-209. *Rom.* 1698, *fol.*

* *

§. VI.

BESSARION.

BESSARIONIS Oratio de vnione ineunda, Graece et Latine.

v. in *Io.* HARDVINI Concil. Tom. IX, col. 27-36. *Paris.* 1714, *fol.*

—— Ora-

— Oratio alia dogmatica, de vnione, Graece et Latine, BESSARIONE ipso interprete.

v. ibid. col. 319-372.

— Eadem, Latine.

v. in *Horat.* IVSTINIANI Actis Concil. Florent. pag. 425-455. *Rom.* 1638, *fol.*

— Epistola ad *Alexium* LASCHARIM, de successu Synodi Florentinae et de processione Spiritus S., Graece et Latine, ipso BESSARIONE interprete.

v. in *Io.* HARDVINI Concil. l. c. col. 1043-1077.

— Eadem, Latine, ex ipsius BESSARIONIS interpretatione.

v. in *Horat.* IVSTINIANI Actis Concil. Florent. pag. 391-424.

— Epistola catholica siue encyclica ad Graecos Ecclesiae Constantinopol. subiectos, Latine, ex ipsius BESSARIONIS versione.

v. apud *Odoric.* RAYNALDVM, ad An. 1463, n. 58.

— Monodia in obitu MANVEL. PALAEOLOGI, Latine, ex *Nic.* PEROTTI versione.

v. ap. *Abr.* BZOVIVM ad An. 1472, n. 56.

— Epistola ad filios *Georg.* PLETHONIS, Graece et Latine.

v. ap. *Leon.* ALLATIVM de eccles. Occident. et Orient. consens. pag. 937. *Colon. Agripp.* 1648, 4.

— Oratio de Sacramento Eucharistiae et quibus verbis CHRISTI corpus perficiatur; *Eiusdem* epistola ad Graecos, Latine. *Argentor. ex aedibus Schurerii*, 1513, 4.

— Opusculum de Sacramento Eucharistiae, Latine.

v. in Biblioth. Max. Patr. *Lugdun.* Tom. XXVI, pag. 787-798.

— Epistola ad LVDOVICVM XI, *Regem Franciae*, de sua ad eum legatione, Latine.

v. in *Luc.* DACHERII Spicileg. Tom. IV, pag. 401-403.

— Orationes IV ad Principes Italiae, Latine.

v. inter *Nicol.* REVSNERI consultat. et oration. Turcic. Vol. II, pag. 197, 203, 215, 229.

— Disceptatio de ea parte euangelii IOHANNIS; *si eum volo manere* etc.

v. cum SALONII Dialogis in parabolas et ecclesiast. SALOMON. *Hagan.* 1532, 4.

* Reliqua, quae huius loci non sunt, BESSARIONIS Scripta, vid. supra huius Catal. Tom. I passim.

* *

§. VII.

GEORGIVS TRAPEZVNTIVS.

GEORGII TRAPEZVNTII ad *Ioannem* CVBOCLESIVM, de processione Spiritus S., Graece et Latine, *Leone* ALLATIO interprete.

v. in *Leon.* ALLATII Graecia orthodoxa, Tom. I, pag. 469-536.

— De processione Spiritus S. et de vna, sancta, catholica ecclesia, Graece et Latine.

v. ibid. pag. 537-582.

* Reliqua huius auctoris Scripta, neque theologici neque ecclesiastici argumenti, suo loco quaerenda sunt.

§. VIII.

* *

§. VIII.

IOANNES ARGYROPVLVS.

Ioannis ARGYROPVLI Liber de processione Spiritus S. et Concilii Florentini decreto, Graece et Latine, *Leone* ALLATIO interprete.

v. in *Leon.* ALLATII Graecia orthodoxa, Tom. I, pag. 400-418.

* *

§. IX.

HILARION, *MONACHVS.*

HILARIONIS, *monachi*, Oratio de pane Graecorum mystico et Latinorum azymo, Graece et Latine, *Leone* ALLATIO interprete.

v. in *Leon.* ALLATII Graecia orthodoxa, Tom. I, pag. 655-662.

SECTIO XVI.

PATRES QVIDAM GRAECI INCERTAE AETATIS.

DEMETRII, *Metropolitae Cyziceni*, Expositio de Iacobitarum et Chatzitzariorum haeresi, Graece et Latine, *Franc.* COMBEFISIO interprete.

v. in *Franc.* COMBEFISII Auctario nouo Biblioth. Patrum Graec. Tom. II, col. 261-272. *Paris.* 1648, *fol.*

—— Eadem, Latine, ex *Franc.* COMBEFISII interpretatione.

v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. XII, pag. 813-817.

EPIPHANII, *monachi presbyteri*, Scriptum de dissidio quatuor Euangelistarum circa resurrectionem CHRISTI, nunc primum Graece et Latine publicatum a *Magno* CRVSIO.

v. in Collectione obseruationum variarum inscripta; *Hamburgische vermischte Bibliothek*, Vol. I, Part. VI, pag. 898-913. *Hamb.* 1743, 8.

EVSEBII, incerti loci *Episcopi*, Oratio de commemoratione Sanctorum, Latine, *Carolo* FABIANO interprete, ex editione *Thomae* GALLETI.

v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. XXVII, pag. 479, 480.

B. HIERONYMI, vnius e veteribus Graecis patribus, Disputatio ad institutionem Christianorum vtilissima, Graece, a *Federico* MORELLO cum *ipsius* Latina versione edita, nunc vtraque lingua studio et opera *Christ.* DAVMII in lucem reproducta. *Cygneae, typis Sam. Ebelii,* 1680, 8.

—— Eadem Disputatio, Graece, cum versione Latina *Feder.* MORELLI ex Cod. MS. Hamburgensi emendatior.

v. in *Io. Alb.* FABRICII Biblioth. Graec. Tom. VIII, pag. 377-384.

—— Colloquium cum Iudaeo, Graece, cum versione Latina *Feder.* MORELLI.

v. in *Io. Alb.* FABRICII Biblioth. Graec. l. c. pag. 384-399.

HYPERICHII Adhortatio monachorum, Graece, cum versione Latina *Franc.* COMBEFISII.

v. in *Eiusd.* Bibliothecae Patrum Auctar. nouiss. Part. I, pag. 315-325. *Paris.* 1672, *fol.*

—— Eadem, Latine, ex interpretatione *Franc.* COMBEFISII.

v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. XXVII, pag. 465-469.

PACHOMII, *monachi*, Sermo contra mores sui Seculi et prouidentiae diuinae contemtum, ex Codice MS. nunc primum editus, Graece et Latine.

v. in *Val. Ern.* LOESCHERI Stromateo in append. pag. 121-172. *Vitemb.* 1724, 4.

CAPVT IV.

PATRES LATINI.

SECTIO I.

PATRES LATINI SECVLI III.

§. I.

MINVCIVS FELIX.

M. MINVCII FELICIS *Octauius.*

v. inter *Franc.* ROVS Mella Patrum, pag. 830-842. *Lond.* 1650, 8.

—— *Octauius*, ex recognitione *Nicol.* RIGALTII, et cum prolegomenis *Franc.* BALDVINI.

v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. III, pag. 234-252.

—— *Octauius*, cum integris *Io.* WOWERI, *Gerhard.* ELMENHORSTII, *Desider.* HERALDI et *Nicol.* RIGALTII notis aliorumque hinc inde collectis, ex recensione *Iac.* GRONOVII, qui emendationes et explicationes suas adiecit. Accedunt *Caecilius* CYPRIANVS de idolorum vanitate, et *Iulius* FIRMICVS MATERNVS de errore profanarum religionum. *Lugd. Bat. ap. Corn. Boutestein*, 1709, 8.

*

Nicol. Le NOVRRY Dissertatio in *M.* MINVCII FELICIS librum, qui *Octauius* inscribitur.

v. in *Nicol.* Le NOVRRY Apparatu ad Biblioth. Patrum *Lugdun.* Tom. II, col. 1-256. *Paris.* 1715, *fol.*

Anonymi Animaduersiones in MINVCIVM FELICEM.

v. in miscellan. Obseruatt. in Auctor. vet. et recent. Vol. I, Tom. I, pag. 23-33; Vol. II, Tom. I, pag. 54-60, et Tom. III, pag. 408, 409; Vol. III, Tom. I, pag. 19-22, Tom. II, pag. 177-181, Tom. III, pag. 322-325.

Christoph. Aug. HEVMANNI Emendationes in MINVCIVM FELICEM.

v. in Miscellan. Lipf. nov. Vol. V, Part. III, pag. 476-503.

Frid. Otton. MENCKENII Ἐπίκρισις modesta eorum, quae ad MINVCIVM FELICEM a cel. HEVMANNO obseruata sunt.

v. ibid. Part. IV, pag. 729-755.

§. II.

* *

§. II.

Q. SEPTIMIVS FLORENS TERTVLLIANVS.

Q. *Septimii Florentis* TERTVLLIANI Opera ad vetustissimorum exemplarium fidem locis quam plurimis emendata, *Nicolai* RIGALTII obseruationibus et notis illustrata. *Lutetiae, sumt. Mathurini du Puis, 1634, fol.*

—— Opera, argumentis, explicationibus, notis illustrata, auctore *Io. Ludouico* De la CERDA. Tomi II. *Lutet. Paris. cum insigni magnae nauis, 1641, fol.* Voll. II.

—— Omniloquium Alphabeticum rationale tripartitum, siue Opera omnia in nouum ordinem disposita, exposita, illustrata, opera *Caroli* MOREAV. *Paris. ap. Iac. Dallin et Thom. Ioly, 1658, fol.* Voll. III.

—— Opera ad vetustissimorum exemplarium fidem sedulo emendata, diligentia *Nic.* RIGALTII, cum *eiusdem* annotationibus integris et variorum commentariis, seorsim antea editis, *Phil.* PRIORIVS argumenta et notas in libros omnes de nouo adiecit, et dissertationem apprime vtilem concinnauit. Accedunt NOVATIANI Tractatus de Trinitate, de cibis Iudaicis, cum notis. *Lutet. Paris. impens. Societat. typograph. libror. officii ecclesiastici, 1664, fol.*

—— Opuscula varia.
v. inter *Franc.* ROVS Mella Patrum, pag. 293-468. *Lond. 1650, 8.*

*

TERTVLLIANI Apologeticus [editore *Io. Bapt.* EGNATIO.] *Venet. in aedib. Aldi et Andr. Soceri, 1515, 8.*

Q. *Septimii Florent.* TERTVLLIANI Apologeticus aduersus gentes.
v. cum LACTANTII Opp. *Venet. ap. haered. Aldi, 1535, 8.*

Q. *Septim. Florent.* TERTVLLIANI Apologeticus, ad Codices MSS. et editiones veteres summa cura recognitus, castigatus, emendatus, vt et perpetuo commentario, in quo non modo variorum auctorum, sed et plura S. Scripturae loca strictius vel vberius explicantur, elucidantur et illustrantur studio et industria *Sigeb.* HAVERCAMPI, qui praeter argumenta capitum indices etiam tres locupletissimos adiecit, cum figuris et numorum typis. *Lugd. Batav. ap. Isaac Seuerinum, 1718, 8.*

Apologetique de TERTVLLIEN, *ou defense des Chretiens contre les accusations des Gentils, de la traduction de* Mr. GIRY, *de l'Academie Françoise. Nouvelle edition, avec le texte Latin à côté, augmentée d'une Dissertation critique touchant* TERTVLLIEN *& ses ouvrages, suivant la copie de Paris.* à Amsterdam, *chez Thom. Lombrail, 1701, 8.*

*

Q. *Septim. Florent.* TERTVLLIANI Liber de praescriptionibus aduersus haereticos.
v. in Institution. theologic. antiquor. Patrum, Tom. I, pag. 1-61. *Rom. 1709, 8.*

—— Idem liber, cum Scholiis et notis *Christ.* LVPI.
v. in *Christ.* LVPI Opp. Tom. IX. *Venet. 1727, fol.*

*

Q. *Septim. Florent.* TERTVLLIANI Liber de pallio. *Claud.* SALMASIVS ante mortem recensuit, explicauit, notis illustrauit. Accedit vera ad viuum *eiusdem* effigies. *Lugd. Batav. ex officina Io. Maire, 1656, 8.*

Q. Se-

*

Q. Septim. Florent. TERTVLLIANI Liber de oratione completus, cum notis *Guidon.* PANCIROLI et *Lud. Ant.* MVRATORII.

v. in *L. A.* MVRATORII Anecdot. Tom. III, pag. 1-56. *Patav. 1713, 4.*

*

Q. Sept. Florent. TERTVLLIANI Opera poëtica; Libri V aduersus MARCIONEM, de Iudicio Domini Liber, ad *Senatorem* apostatam, Carmen de IONA et Niniue.

v. supra huius Catal. Tom. I, Vol. III, pag. 2017, 2018.

*

Traités de TERTVLLIEN *sur l'ornement de femmes, les spectacles, le batême & la patience, avec une lettre aux Martyrs, traduits en François [par* CAVLERE.] Paris, *chez Rolin, fils, 1733, 8.*

Exhortation de TERTVLLIEN *aux Martyrs, de la traduction de* Paul COLOMIEZ.

v. *dans la Bibliotheque choisf. de* Paul COLOMIEZ, *pag. 315-336.* Paris, *1731, 8.*

*

Priscorum Patrum, *Q. Septim. Florent.* TERTVLLIANI et *Caecil.* CYPRIANI Theosophia fidei antiquae et vitae vere christianae certa et salutaria tradens documenta, e monumentis eorum propriis reddita et recitata verbis ab *Herm.* RAHTMANNO. *Gedani, sumt. Clem. Berg, 1620, 4.*

Paganini GAVDENTII Salebrae *Tertullianicae.*

v. cum *Eiusd.* comparat. dogmatum ORIGENIS cum philosoph. PLATONIS. *Florent. 1639, 4.*

*

Iac. PAMELII Argumenta et annotationes in *Q. Sept. Florent.* TERTVLLIANI Opera, quibus adiectae sunt annotationes diuersorum, omnia textui editionis *Nicol.* RIGALTII respondentia. *Paris. sumt. Mathur. du Puis, 1635, fol.*

Iac. GRETSERI Vindicatio locorum quorundam *Tertullianicorum* a *Franc.* IVNII Caluinistae deprauationibus.

v. in *Iac.* GRETSERI Opp. Tom. V, Part. II, pag. 305-333. *Ratisb. 1735, fol.*

Anonymi Obseruationes in TERTVLLIANVM et CYPRIANVM.

v. in miscellan. Obseruatt. in Auctor. Vol. III, Tom. I, pag. 45-54. *Amstel. 1733, 8.*

Anton. Kerkoetii, Aremorici [*Dionys.* PETAVII] Animaduersorum liber in *Claud.* SALMASII notas in TERTVLLIANVM de pallio. *Rhedonis, ap. Yuonem Halerium, 1622, 8.*

—— Mastigophorus *primus*, siue Elenchus confutationis, quam *Claud.* SALMASIVS sub ementito nomine Animaduersis *Kerkoetianis* opposuit. *Paris. 1622, 8.*

—— Mastigophorus *secundus*, siue Elenchi confutationis *Salmasianae* pars secunda. *Paris. 1623, 8.*

—— Mastigophorus *tertius*, siue Elenchi confutationis *Salmasianae* pars tertia. *Paris. 1623, 8.*

Nicol. Le NOVRRY Dissertatio in *Q. Sept. Florent.* TERTVLLIANI Apologeticum, duos ad nationes libros, et vnum ad SCAPVLAM.

v. in *Eiusd.* Apparatu ad Biblioth. Patrum *Lugdun.* Tom. II, col. 1174-1590. *Paris. 1715, fol.*

Christoph. Aug. HEVMANNI Epistolae, quae emendantur atque illustrantur caput I et II Apologetici TERTVLLIANI.

v. in *Eiusd.* Poecile, Tom. I, pag. 25-33; et pag. 197-212. *Halae, 1722, 8.*

—— Ob-

—— Obseruationes criticae ad posteriora Apologetici *Tertullianei* capita.
v. in Miscellan. Groningan. Tom. II, Fascic. III, pag. 470-485. *Groning.* 1739, 8.

—— Emendatio libri *Tertullianei* de praescriptionibus aduersus haereticos.
v. in Actis Erudit. Lipsiens. An. 1715, pag. 299-305; et in Act. Erudit. Supplem. Tom. VI, Sect. V, pag. 196-203.

Jean HARDOVIN *Passage de* TERTVLLIEN *corrigé & expliqué* [*dans son livre de la prescript. des Heretiques.*]
v. *dans les Memoir. de Trevoux*, *An* 1724, *Mai*, pag. 842-849.

Anonymi Obseruationes in TERTVLLIANVM de oratione.
v. in Miscellan. Obseruatt. in auct. vet. et recent. Vol. III, Tom. II, pag. 208-223. *Amstel.* 1733, 8.

—— *Observation touchant le Traité de l'oraison de* TERTVLLIEN.
v. *dans les Memoir. de Trevoux*, *An* 1719, *Juill.* pag. 1202-1215; *& dans le Journal des Sçavans*, *An* 1719, *Decemb.* pag. 663-674, *edit. d'Amsterd.*

Anonymi *Explication des mots;* caligata militia, apud TERTVLLIANVM de idololatria, cap. 19.
v. *dans le Nouv. Recueil de Pieces fugitiv. de* l'Abbé ARCHIMBAVD, Tom. IV, pag. 116-119. *Paris,* 1717, 8.

Lorenzo MAGALOTTI *Lettera sopra un passo di* TERTVLLIANO.
v. *nelle Lettere scientif. ed erudite del* Conte MAGALOTTI, pag. 192-198. *Firenze*, 1721, 4.

* *

§. III.

CAECIL. CYPRIANVS.

D. *Caecilii* CYPRIANI, *Episcopi Carthaginiensis*, Opera, ab innumeris mendis repurgata, adiectis nonnullis libellis ex vetustissimis exemplaribus, quae hactenus non habebantur, ac semotis iis, quae falso videbantur inscripta, vna cum annotatiunculis, studio ERASMI *Roterodami. Basil. ap. Io. Frobenium*, 1520, *fol.*

—— Opera ad veritatem vetustissimorum exemplarium summa fide emendata, addito etiam quinto epistolarum libro, antea nunquam edito. Accedunt alia eidem CYPRIANO adscripta, cum indice rerum ac verborum. *Romae, ap. Paul. Manutium Aldi fil.* 1563, *fol.*

—— Opera recognita et illustrata per *Ioannem* [FELL] *Oxoniensem Episcopum.* Accedunt Annales *Cyprianici*, siue tredecim annorum, quibus S. CYPRIANVS inter Christianos versatus est, breuis historia chronologice delineata per *Ioannem* [PEARSON] *Cestriensem. Oxonii, e theatr. Sheldon.* 1682, *fol.*

—— Opera ad MSS. codices recognita et illustrata studio ac labore *Stephani* BALVZII. Absoluit post BALVZIVM ac praefationem et vitam S. CYPRIANI adornauit vnus ex monachis congregat. S. Mauri. *Paris. ex typogr. Regia*, 1726, *fol.*

—— Opuscula varia; Epistolae, de habitu et disciplina virginum, de lapsis, de vnitate ecclesiae, de oratione Dominica etc.
v. inter *Franc.* ROVS Mella Patrum, pag. 843-944. *Lond.* 1650, 8.

Les Oeuvres de S. CYPRIEN, Evêque de Carthage et Martyr, *traduites en François par* Pierre LOMBERT, *avec des* Re-

Remarques, *une nouvelle vie de* S. CYPRIEN *tirée de ses écrits*, & *une table des matieres. II Tomes.* Rouen, *chez Charles Ferrand*, 1716, 4.

*

D. *Caecil.* CYPRIANI Epistolae [editore *Io.* ANDREA, *Aleriensi Episcopo.*] *Romae, per Conr. Sweinheim et Arnold Pannartz*, 1471, *fol.*

In fine hi extant versus:
Aspicis illustris lector quicunque libellos,
Si cupis artificum nomina nosse, lege.
Aspera videbis cognomina Teutona, forsan
Mitiget ars musis inscia verba virum.
Conradus SVVEYNHEIM Arnoldus PANARTZ *que magistri*
Rome impresserunt talia multa simul.
PETRVS *cum fratre* FRANCISCO *Maximus ambo*
Huic operi aptatam contribuere domum.
M. CCCC. LXXI.

Lettres choisies de S. CYPRIEN *aux confesseurs & aux martyrs, avec des remarques historiques & morales.* Amsterdam, *chez Henry Desbordes*, 1688, 8.

*

Caecil. CYPRIANVS de idolorum vanitate, cum notis *Nicol.* RIGALTII et *Iac.* GRONOVII.

v. cum MINVCII FELICIS Octauio, pag. 392-401. *Lugd. Batav.* 1709, 8.

*

S. *Caecil.* CYPRIANI Testimoniorum ad QVIRINVM liber tertius.

v. in Institut. theologic. antiquor. Patrum, Tom. II, pag. 4-90. *Rom.* 1710, 8.

*

S. CYPRIANI Opusculum de vnitate ecclesiae catholicae.

v. in *Io. Thomae* de ROCCABERTI Biblioth. max. pontific. Tom. VI, pag. 903-911. *Rom.* 1697, *fol.*

*

D. CYPRIANI Exhortatio ad poenitentiam, cum notis *Io. Chrysost.* TROMBELLII.

v. inter *I. C.* TROMBELLII Opuscula veter. Patrum Latin. pag. 3-32. *Bonon.* 1751, 4.

*

Henr. DODWELLI Dissertationes *Cyprianicae. Oxon. e theatro Sheldoniano*, 1684, 8.

Nicol. Le NOVRRY Dissertatio in CYPRIANI libros ad DEMETRIANVM, et de idolorum vanitate.

v. in *Eius* Apparatu ad Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. II, col. 1591-1642. *Paris.* 1715, *fol.*

Etienne BALVZE *Lettres au* P. TOVRNEMINE, *sur une nouvelle edition de* S. CYPRIEN, *que* Mr. BALVZE *prépare.*

v. *dans les Memoir. de Trevoux*, *An* 1714, *Septemb.* pag. 1539-1549, *An* 1715, *Mars*, pag. 484-492; & *dans le Journal des Sçavans*, *An* 1716, *Janv.* pag. 90, *Fevr.* pag. 231, *edit. d'Amsterdam.*

Lettre d'un Sçavant, pour reclamer un passage important de S. CYPRIEN, *prêt à être enlevé par de celebres editeurs.*

v. *dans les Memoir. de Trevoux*, *An* 1726, *Octob.* pag. 1877-1904.

* *

§. IV.

SIXTVS II. *PONTIF. ROM.*

S. SIXTI II, *Philosophi, Pontificis Rom. et martyris*, Enchiridion vt christianum Sec. III monumentum iuxta Codicem BEATI RHENANI edit, obseruationibus illu-

illustrat, aduersus S. HIERONYMI, GELASII, *I. M.* BRASICHELLENSIS censuras vindicat, conciliοque Romano sub auspiciis BENEDICTI XIII, *P. R.* a. 1725 conuocato, ad restituendam libri famam offert *Vrbanus Godofr.* SIBERVS. *Lipf. in officina Weidmanniana, 1725, 4.*

—— *Weise Sprüche, verdeutscht durch* Gottfr. ARNOLD.

S. *bey* Gottfr. ARNOLDS *verdeutschten Schriften des* H. MACARII, pag. 522-554. *Goßlar, 1702, 8.*

* *

§. V.

S. ZENO.

S. ZENONIS, *Episcopi Veronens. et martyris*, Sermones, *Augustini* VALERII, *Cardinalis Veronae*, iussu editi. *Veronae, ap. Hieron. Discipulum, 1586, 4.*

—— Sermones iidem.

v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. III, pag. 359-414.

—— Sermo de S. ARCADIO, cum veteribus MSS. collatus.

v. in Actis Sanctor. Antuerp. Ianuar. Tom. I, pag. 723, 724.

—— *Sermon vom Glauben, verdeutscht durch* Gottfr. ARNOLD.

S. *bey des* Heil. MACARII *Schrifften,* pag. 307-319. *Goßlar, 1702, 8.*

* *

§. VI.

VICTORINVS PETAVIONENSIS.

VICTORINI, *Petauionensis*, Commentarius in Apocalypsin.

v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. III, pag. 414-421.

—— Tractatus de fabrica mundi.

v. in *Gul.* CAVE Histor. litterar. Scriptor. Eccles. Tom. I, pag. 148, 149. *Oxon. 1740, fol.*

—— Carmina.

v. supra huius Catal. Tom. I, Vol. III, pag. 218.

SECTIO II.

PATRES LATINI SECVLI IV.

§. I.

ARNOBIVS AFER.

ARNOBII, *Afri*, Disputationum aduersus gentes libri VII, recogniti et aucti ex Bibliotheca *Theodori* CANTERI et cum eiusdem notis. *Antuerp. ex officina Chph. Plantini, 1582, 8.*

—— Disputationum aduersus gentes Libri VII.

v. inter *Franc.* ROVS Mella Patrum, pag. 945-983. *Lond. 1650, 8.*

—— Aduersus gentes libri VII, cum recensione viri celeberrimi et integris omnium commentariis, [scil. *Theodor.* CANTERI, *Godesc.* STEWECHII, *Geberh.* ELMENHORSTII, *Desider.* HERALDI.] Editio nouissima atque omnium accuratissima. *Lugd. Bat. ex officina Ioan. Maire, 1651, 4.*

—— Aduersus gentes libri VII, cum notis variorum selectis.

v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. III, pag. 430-514.

* * *

Iul. Caesar. BVLENGERI Eclogarum ad ARNOBIVM libri II. *Tolosae, typis Raym. Colomerii, 1623, 8.*

Claud. SALMASII Commentarius inchoatus in ARNOBIVM, nunc primum editus ex apographo *Gudiano.*

v. in S. HIPPOLYTI Opp. Vol. II, pag. 122-134. *Hamburg. 1718, fol.*

Nicol. Le NOVRRY Dissertatio in ARNOBII libros VII aduersus gentes.

v. in *Eiusd.* Apparatu ad Biblioth. Max. Patrum *Lugd.* Tom. II, col. 257-570. *Paris. 1715, fol.*

* *

§. II.

L. COELIVS SIVE CAECILIVS LACTANTIVS FIRMIANVS.

LACTANTII *Firmiani*, Libri institutionum diuinarum, de ira Dei, de opificio Dei, carmina de Phoenice et de resurrectione. In fine; MCCCCLXXI, *Adam, fol.*

* *In fronte huius editionis, Venetiis, non Romae, vt quidam putarunt, typis excusae, sequentia adnotauit eius olim possessor,* Io. Ludolph. BÜNEMANN. „Mihi „in LACTANTIVM inde a multis „annis commentanti, et magna cum cura „et impensa omnes vndique antiquas edi„tiones conquirenti, haec longe rarissima „editio Veneta 1471, apud *Adam.* impressa, „multisque modis alias sequentes supe„rans, mansit ignota, quippe ne *Fabri„ciis* quidem, *Walchiis*, *Tentzeliis*, „*Maittairiis* cognita, multo minus visa; „quumque recentior et minus bona edi„tio Veneta 1478 in auctione *Fr. Adr.* „*Hansen* ab EHRENCRON *Hag.* „*Com. 1718, 8*, p. 7, num. 107, tamquam „prima [perperam] sexaginta tribus flo„renis, deinde in *Du* BOIS auctione, „Veneta 1472 nonaginta florenis vaeni„ret; et tandem mihi haec omnium Ve„netarum, quod adhuc sciam, prima in„notesceret, desperabam, quum tantum „iam aeris in duas Venetas eiusdem anni „1478, et Rostochiensem a. 1476 effudis„sem, me hanc anni 1471, aut vmquam „visurum, multo minus vero esse conse„cuturum; bonis tamen auibus tandem „aliquando eam auro cariorem etiam ob„tinui, indeque, quod in aliis nequid„quam quaesieram, saepe LACTAN„TIO reddere potui. Auctor sum et sua„sor futuro post me huius thesauri pos„sessori, ne temere aliquid corrigat, saepe „enim sub ipsis aberrationibus latentes „veras lectiones deprehendi. Vtinam fu„turus emtor huius cimelii mihi, eius„que nomen, si qua necessitas, vt illud „vendam, cogat, innotesceret, vt eius „honorificam in meis commentariis ad „LACTANTIVM possim facere men„tionem. In orthographia saepe MSS. „sequitur, e. g. subicere, reicere, dei„cere, i. e. subiicere etc. seperare i. e. „separare, scœuus, scœuire, i. e. sœ„vus, iocundus et similia.

L. Coelii LACTANTII *Firmiani* Libri diuinarum institutionum aduersus gentes, de ira Dei, de opificio Dei, et carmina. *M. CCCC. LXXII, fol.*

* *Typographum indicat sequens adiectum in fine distichon;*

„Impressum formis iustoque nitore coruscans
„Hoc *Vindelinus* condidit artis opus.

L. Coelii LACTANTII *Firmiani* Libri diuinarum institutionum, de ira Dei, de opificio Dei, carmina et Nephythomon. *Legitur in fine*: „Impressum est hoc opus *Venetiis* impendio prouidorum virorum *Ioh.* de co„LONIA, *Ioh. Mãthen* de GHERETZEM, „sociorum, *M. CCCC. LXXVIII, fol.*

L. Coelii LACTANTII *Firmiani* diuinarum institutionum libri VII; de ira Dei liber I; de opificio Dei liber I; Epitome in libros suos; liber acephalos; Phoenix; carmen de Dominica resurrectione. *Venetiis, in aed. Aldi et Andreae Soceri, 1515, 8.*

L. Coelii LACTANTII *Firmiani* Opera eadem. *Basil. ap. Andr. Cratandrum, 1521, 4.*

L. Coelii LACTANTII *Firmiani* Opera eadem, castigata et aucta [per *Horat.* FASITELIVM.] Accessit TERTVLLIANI liber apologeticus. *Venet. in aedib. haeredum Aldi et Andreae Soceri, 1535, 8.*

L. Coelii LACTANTII *Firmiani* Opera eadem, ex castigatione *Honorati* FASITELII. *Lugd. ap. Io. Tornaesium et Gul. Gazeium, 1556, 12.*

L. Coelii LACTANTII *Firmiani* Opera quae extant, cum selectis variorum commentariis, opera et studio *Seruat.* GALLAEI. *Lugd. Bat. ap. Franc. Hackium et Pet. Leffen, 1660, 8.*

L. Coelii LACTANTII *Firmiani* Opera, cum notis *Mich.* THOMASII.

v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. III, pag. 514-672. *Lugd. 1677, fol.*

L. Coelii LACTANTII *Firmiani* Opera quae extant, ad fidem MSS. recognita et commentariis illustrata, a *Tho.* SPARK. *Oxon. e theatro Sheldoniano, 1684, 8.*

L. Coelii siue *Caecilii* LACTANTII *Firmiani* Opera omnia quae supersunt. *Io. Georg.* WALCHIVS recensuit et criticis commentariis cum aliorum tum suis illustrauit. *Lips. sumt. Io. Ludov. Gleditsch, 1715, 8.*

L. Caecil. LACTANTII *Firmiani* Opera omnia emendata et illustrata a *Christoph. August.* HEVMANNO. Adiectae sunt annotationes criticae *Mich.* THOMASII et *Christoph.* CELLARII. *Gottingae, ap. Christ. Henr. Cunonem, 1736, 8.*

L. Coelii siue *Caecilii* LACTANTII *Firmiani* Opera omnia, quae extant, cum notis integris *Chph.* CELLARII et selectis aut excerptis ERASMI, BETVLEII, *Mich.* THOMASII, ISAEI, BVCHNERI, GALLAEI, SPARKII, WALCHII, HEVMANNI, BALVZII, NVRRII, *N.* HEINSII, GRAEVII, MIEGII, MASTRICHTII. Accedunt nunc primum ad Epitomen integram denuo cum MS. Taurinens. a *Christoph. Matth.* PFAFFIO collatam eiusdem auctiores variae lectiones et notae; item variae lectiones libri de mort. persecut. Omnia ex maximo MSS. et Edd. adparatu recensuit et notis criticis, vberrimoque nouo indice Latinitatis instruxit *Io. Ludolph.* BÜNEMANN. *Lips. impens. Sam. Beniam. Waltheri, 1739, 8.*

L. Caecilii Firmiani LACTANTII Opera omnia. Editio nouissima, quae omnium instar esse potest, ad LXXX et amplius MSS. Codices, editosque XL collata et emendata, atque notis vberioribus illustrata, cui manum primam adhibuit *Io. Bapt.* Le BRVN, extremam imposuit *Nicol. Lenglet* du FRESNOY. Tom. I, II.

Lutet. Parif. ap. Io. de Bure, 1748, 4. Voll. II.

*

Firmiani LACTANTII Epitome institutionum diuinarum ad PENTADIVM fratrem. *Anonymi* hiftoria de haerefi Manichaeorum. Fragmentum de origine generis humani et *Q. Iulii* HILARIANI expofitum de ratione Pafchae et menfis. Ex antiquiffimo Bibliothecae Regiae Taurinenfis codice eruit, recenfuit, lucique publicae dedit, atque etiam differtatione praeliminari illuftrauit *Chriftoph. Matthaeus* PFAFFIVS. *Parif. ap. Io. Bapt. Delefpine*, 1712, 8.

—— Initium epitomes inftitutionum diuinarum, ex MS.

v. *nel Giornale de Letterati d' Italia*, Tom. VI, pag. 458-465, *Venez.* 1711, 12; et *in the Memoirs of Literature*, Vol. II, an. 1712, pag. 339, 340. *Lond.* 1712, 4.

*

L. Caecil. Firmiani LACTANTII Sympofium, fiue centum epigrammata, trifticha, aenigmata, quae vero fuo auctori poft longiffimi temporis decurfum reddidit, a librariorum mendis ope Codd. MSS. repurgauit, fuisque et *Iof.* CASTALIONIS, *Cafp.* BARTHII, *Frid.* BESSELII, aliorumque notis illuftrauit *Chriftoph. Aug.* HEVMANNVS, cuius et adiecta eft differtatiuncula contra V. C. *Nicol.* NVRRIVM, librum de mortibus perfecutorum LACTANTIO abiudicantem, itemque Symbola critica ad LACTANTIVM. *Hanov. ap. Nicol. Foerfterum*, 1722, 8.

*

Lucii Caecilii Firmiani LACTANTII Liber de perfecutione, fiue de mortibus perfecutorum, et fragmentum de extremo iudicio, ex Cod. Bibliothecae Colbertinae, cum notis *Steph.* BALVZII.

v. in *Steph.* BALVZII Mifcellan. Lib. II, pag. 1-46 et 345-463. *Parif.* 1679, 8.

L. Caecilii Firmiani LACTANTII de mortibus perfecutorum liber, cum notis *Ioan.* COLVMBI. *Aboae, excud. Ioan. Winter*, 1684, 8.

L. CECILII liber ad DONATVM *Confefforem*, de mortibus perfecutorum, hactenus *L. Caelio Firmiano* LACTANTIO adfcriptus, ad Colbertinum Codicem denuo emendatus. Acceffit Differtatio, in qua de huius libri auctore difputatur, et omnia illius loca dubia, difficilia, obfcura, variaeque auctoris opiniones examinantur, explicantur, illuftrantur, ftudio et opera *Nicol.* Le NOVRRY. *Parif. ap. Io. Bapt. Delefpine*, 1710, 8.

* Scripta critica de hoc opufculo vid. fupra huius Catal. Tom. I, Vol. II, pag. 1373.

*

L. Coelii LACTANTII *Firmiani*, de opificio Dei, vel formatione hominis ad DEMETRIANVM liber, editore *Herm.* TVLICHIO. *Lipf. ex offic. Melch. Lotteri*, 1520, 4.

*

Nicol. Le NOVRRY Differtatio in omnia *L. Coel.* LACTANTII Opera.

v. in *Eiusd.* Apparatu ad Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. II, col. 571-1172. *Parif* 1715, *fol.*

Io. Ludolph. BÜNEMANNI Specimina LACTANTII ex LX amplius MSS. et editionibus illuftrati.

v. in Mifcellan. Lipfienf. Tom. III, pag. 115-178. *Lipf.* 1716, 8.

Variantes lectiones a *Io. Mich.* HEVSINGERO defcriptae e codice MS. Gothano LACTANTII. Accedunt animaduerfiones

nes et HEVSINGERI et C. A. H. [*Christoph. Aug.* HEVMANNI.]

v. in Parerg. Gottingens. Tom. I, Lib. III, pag. 189-203. *Gotting.* 1737, 8.

Anonymi Obseruationes in LACTANTII epitomen diuinarum institutionum.

v. in miscellan. Obseruatt. in auctor. vet. et recent. Vol. IV, Tom. I, pag. 20-28, Tom. III, pag. 409-430. *Amstel.* 1734, 8.

Georg. Casp. KIRCHMAIERI *L. C.* LACTANTIVS de falsa sapientia philologica censura illustratus. *Viteberg.* 1697, 4.

—— Ad LACTANTII cap. III, de falsa sapientia, difficiliora aliquot paralipomena, annotamentis illustrata. *Ibid.* 1697, 4.

—— *L. C.* LACTANTIVS de vero Dei cultu Dissertatione illustratus. *Viteb.* 1691, 4.

Anonymi Obseruationes in dissertationem de mortibus persecutorum.

v. in miscellan. Obseruatt. in auctor. Vol. IV, Tom. I, pag. 31-71.

* *

§. III.

C. VETTVS AQVILINVS IVVENCVS.

C. Vetti Aquilini IVVENCI Euangelica historia carmine descripta.

Editiones vid. supra huius Catal. Tom. I, Vol. III, pag. 2018.

* *

§. IV.

IVLIVS FIRMICVS.

Iulii FIRMICI MATERNI de errore profanarum religionum, ad CONSTANTIVM et CONSTANTEM Augg. Liber, ex recensione *Ioan.* a WOWER. *Ex bibliopolio Frobeniano*, 1603, 8.

Iulii FIRMICI MATERNI de errore profanarum religionum, ad CONSTANTIVM et CONSTANTEM, Augustos, Liber.

v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. IV, pag. 164-179.

—— Idem Liber, cum notis.

v. cum MINVCIO FELICE ex recens. *Iac.* GRONOVII, pag. 402-468. *Lugd. Bat.* 1709, 8.

* *

§. V.

HILARIVS PICTAVIENSIS.

D. HILARII, *Pictauorum Episcopi*, Lucubrationes quotquot extant, olim per *Des.* ERASMVM *Roterod.* emendatae et nunc denuo recognitae. *Basil. in officin. Frobeniana*, 1535, *fol.*

—— Lucubrationes quotquot extant, ex *Des.* ERASMI *Roterod.* recognitione, nunc denuo ad plura exemplaria per *Martin.* LYPSIVM collatae et recognitae. *Basil. per Euseb. Episcopium*, 1570, *fol.*

—— Opera quotquot extant, nunc tandem ex collatione veterum codicum emendata, variis lectionibus illustrata, quo-

quorundamque tractatuum accessione locupletata, [cura *Ioan.* GILLOTII.] *Paris. impens. Societat. typographicae librorum officii ecclesiastici, iussu Regis constitutae, 1652, fol.*

—— Opera, ad MSS. Codices Gallicanos, Romanos, Belgicos, nec non ad veteres editiones castigata, aliquot aucta opusculis, praeuiis in locos difficiles disputationibus, praefationibus, admonitionibus, notis, noua S. Confessoris vita, et copiosissimis scripturarum, rerum, glossarum, indicibus locupletata et illustrata, studio et labore monachorum Ord. S. Benedicti Congregat. S. Mauri. *Paris. excud. Franc. Muguet, 1693, fol.*

—— Opera, studio et labore monachorum Ord. S. Benedicti e congregatione S. Mauri, castigata, aucta atque illustrata, nunc vero libris de Trinitate, et commentariis in Psalmos ad binos Capituli Veronensis codices antiquissimos, diligenter exactis, atque octo maxime variantium Tractatuum adiectione locupletatis. Tom. I, II. *Veronae, ap. Pet. Ant. Bernum et Iac. Vallarsium, 1730, fol. mai.*

*

D. HILARII, *Episcopi Pictauorum*, de patris et filii vnitate, et quorundam locorum Scripturae S. interpretatione.

v. in Antidoto contra diuersas haereses, pag. 83-91. *Basil. 1528, fol.*

—— Fragmentum de S. Trinitate.

v. in Legatione Imp. MANVELIS COMNENI ad Armenios, pag. 601-605. *Basil. 1578, 8.*

—— Interpretatio aliquot Psalmorum, hactenus inedita, ex MSto Aquicinctensi.

v. in *Edm.* MARTENE et *Vrsini* DVRANDI veter. Scriptor. Collect. ampliss. Tom. IX, col. 55-84. *Paris. 1733, fol.*

—— Epistola, seu libellus, et Sermo de dedicatione ecclesiae HILARIO tributus, cum annotationibus *Io. Chrysost.* TROMBELLII.

v. cum CYPRIANI aliorumque vet. Patrum Latin. Opuscul. pag. 38-185. *Bonon. 1751, 4.*

—— Carmina.

v. supra huius Catal. Tom. I, Vol. III, pag. 2021.

* *

§. VI.

OPTATVS MILEVITANVS.

OPTATI, *Afri, Mileuitani in Numidia Episcopi*, de Schismate Donatistarum adversus PARMENIANVM, libri VII, multo quam antehac emendatiores ac notarum libello illustriores. *Lugd. Bat. ex offic. Io. Patii, 1613, 8.*

—— Libri VII de Schismate Donatistarum, ex *Franc.* BALDVINI recognitione.

v. in Biblioth. Max. Patrum, Tom. IV, pag. 342-370. *Lugd. 1677, fol.*

—— Opera, cum obseruationibus et notis integris *Gabr.* ALBASPINAEI, *Franc.* BALDVINI, *Gasp.* BARTHII, *Merici* CASAVBONI etc. *Philippus* PRIORIVS annotationes et praefationem adiecit. Accedunt FACVNDI, *Hermianensis Episcopi* pro tribus capitulis concilii Chalcedon. libri XII, cum annotationibus *Iac.* SIRMONDI, et alia eiusdem FACVNDI opuscula. Huic quoque editioni adiectae

iectae sunt *Gabr.* ALBASPINAEI Obseruationes ecclesiasticae cum aliis *eiusdem* Operibus. *Paris. sumt. Anton. Dezallier*, *1679*, *fol.*

—— De Schismate Donatistarum, libri VII, ad MSS. Codices et veteres editiones collati, et innumeris in locis emendati, quibus accessere historia Donatistarum; vna cum monumentis veteribus ad eam spectantibus nec non Geographia Episcopalis Africae, opera et studio *Lud. Ellies* DV-PIN, cum *eiusdem* notis, vt et *Gabr.* ALBASPINAEI, *Mer.* CASAVBONI, *Casp.* BARTHII, et aliorum, singulis paginis in hac noua editione subiectis. *Antuerp. ap. G. Gallet*, *1702*, *fol.*

L'Histoire du Schisme, blasphemes, erreurs, sacrileges, homicides, incestes & autres impietez des Donatiens, écrite en Latin par OPTAT, Evêque Milevitain, *mise en langue Françoise & repurgée de plusieurs fautes, augmentée aussi par le supplement de quelques imperfections & explication des lieux difficiles, par* Pierre VIEL. Paris, *par Federic Morel*, *1564*, *8*.

* *

§. VII.

LVCIFER CALARITANVS.

LVCIFERI, *Episcopi Calaritani*, Opuscula, [cura et studio *Ioan.* TILII et cum *Eiusdem* scholiis.] *Paris. ap. Mich. Sonnium*, *1568*, *8*.

—— Eadem Opuscula ex editione et cum scholiis *Io.* TILII.

v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. IV, pag. 181-253.

* *

§. VIII.

PACIANVS.

PACIANI, *Barcinonensis Episcopi*, Epistolae III ad *Sympronianum* NOVATIANVM; *Eiusdem* paraenesis ad poenitentiam, et altera de baptismo.

v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. IV, pag. 305-318.

—— Eaedem epistolae III, et paraenesis ad poenitentiam, cum emendationibus ex Cod. MS. Reginae Sueciae, et notis *Iosephi Saenz* de AGVIRRE.

v. in *I. S.* de AGVIRRE Concil. Hispan. Tom. II, pag. 79-112. *Rom.* *1694*, *fol.*

—— Paraeneticus ad poenitentiam.

v. cum CLAVDIANO MAMERTO de statu animae, pag. 932-952. *Cygn.* *1655*, *8*.

* *

§. IX.

DAMASVS.

DAMASI, *Rom. Pontif.* Epistolae et carmina, cum notis *Martii* MILESII.

v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. XXVII, pag. 55-96.

— Epiſtola ad HIERONYMVM.
v. in S. HIERONYMI Opp. Tom. II, col. 561. *Pariſ. 1699, fol.*

— Carmina.
vid. ſupra huius Catal. Tom. I, Vol. III, pag. 2019.

* *

§. X.

PHILASTRIVS BRIXIENS.

PHILASTRII, *Epiſcopi Brixienſis*, Hereſeων Catalogus, cui adiectus eſt LANFRANCI libellus de Sacramento Euchariſtiae aduerſus BERENGARIVM. [cura *Io.* SICHARDI. *Baſil. 1528.*] 8.

— Catalogus haereſium pene omnium, cum ſupplemento incerti auctoris, editore *Io.* a FVCHTE. *Helmaeſt. per Iac. Lucium, 1611*, 4.

— Liber de haereſibus.
v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. V, pag. 701-726.

— Liber de haereſibus, cum emendationibus et notis *Io. Alb.* FABRICII. *Hamburgi, ſumt. Theod. Chph. Felgineri, 1721*, 8.

— Liber de haereſibus, cum *Io. Alb.* FABRICII notis poſthumis, variis lectionibus ex MS. Cod. Corbeienſi, et *Pauli* GALEARDI ſpicilegio ad notas FABRICII.
v. in *Ang. Mar.* QVIRINI Collect. veter. Patrum Eccleſ. Brix. pag. 1-183. *Brixiae, 1738, fol.*

* *

§. XI.

GREGORIVS, BAETICVS.

GREGORII, *Baetici, Heliberitanae Sedis Antiſtitis*, liber de Trinitate, ſiue de fide, nunc primum editus ſtudio *Achillis* STATII. *Romae, in aedibus populi Romani, 1575*, 4.

— Idem liber ex editione *Achillis* STATII. *Colon. per Maternum Cholinum, 1577*, 8.

* *

§. XII.

PHOEBADIVS ſ. FOEBADIVS.

PHOEBADII Liber contra Arianos.
v. poſt ATHANASII Dialogos de S. Trinitate et BASILII libros aduerſus EVNOMIVM. *Ap. Henr. Stephanum, 1570*, 8.

— Idem Liber, ex recenſione et cum animaduerſionibus *Caſp.* BARTHII. *Francof. typis Wechelianis, 1623*, 8.

— Idem Liber.
v. inter veter. aliquot Galliae Theologor. Scripta, pag. 77-113. *Pariſ. 1586*, 4; et in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. IV, pag. 300-305.

§. XIII.

* *

§. XIII.

IDACIVS CLARVS.

IDACII CLARI, *Hispani*, Liber contra VARIMADVM Arianum, et difficillimorum quorumque locorum de Trinitate declaratio.

v. in Antidoto contra diuersas haereses, pag. 123-147. *Basil.* 1528, *fol.*; et in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. V, pag. 727-751.

* *

§. XIV.

FAVSTINVS.

FAVSTINI, *Diaconi* seu *Presbyteri*, liber de Trinitate seu de fide contra Arianos. Accessit libellus precum ad Imperatores, cum rescripto THEODOSII editus primum a *Iac.* SIRMONDO.

v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. V, pag. 637-661.

— Eadem Opera. *Oxon. e theatro Sheldoniano*, *1678*, *8.*

— Liber contra Arianos.

v. inter Monumenta Patrum orthodoxographa, Vol. II, pag. 1998-2028. *Basil.* *1569*, *fol.*

* *

§. XV.

EVSEBIVS VERCELLENSIS.

EVSEBII, *Episcopi Vercellensis*, Epistola de *suo* exilio.

v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. V, pag. 1227, 1228.

* *

§. XVI.

S. AMBROSIVS.

D. AMBROSII, *Episcopi Mediolan.* omnia quotquot extant Opera, primum per *Desid.* ERASMVM *Roterodamum*, mox per *Sigism.* GELENIVM, deinde per alios eruditos viros diligenter castigata: nunc vero postremum per *Io.* COSTERIVM ad plurium antiquorum Codd. collationem, plus bis mille erroribus sublatis, praeter integros versus pluribus locis desideratos, quos nunc adiecit, emendata. Tomi V. *Basil. ex officin. Frobeniana*, *1555*, *fol.* Voll. III.

— Opera, ad MSS. Codd. Vaticanos, Gallicanos, Belgicos etc. nec non ad editiones veteres emendata, studio et labore Monachorum ordinis S. Benedicti, e Congregat. S. Mauri. *Paris. typis Io. Bapt. Coignard*, Tom. I, *1686*, Tom. II, *1690*, *fol.* Voll. II.

*

Vita S. AMBROSII per PAVLINVM, *Episcopum Nolanum*, scripta; S. AMBROSII vita virginis AGNETIS; Passio VITALIS et AGRICOLAE, PROTASII et GERVASII; De officiis libri III. *Mediolani, per Christoph. Valdarfer*, 1474, 4.

— Eadem Opuscula; *Eiusdem* Opusculum de obitu SATYRI fratris sui; Libellus de resurrectione et cruce Domini et de bono mortis. *Mediolani, per Vldericum Scinzenzeler teutonicum, opera et impensa Philippi Lauagniae ciuis Mediolanensis*, 1488, 4.

— Liber officiorum. *Paris. per Ioh. Petit*, 1504, 4.

— Liber de fide resurrectionis ἀκέφαλος.
v. in Antidoto contra diuers. haereses, pag. 92-95. *Basil. 1528, fol.*

— Libellus de non restituenda ara victoriae senatui, nec reddendis praediis ablatis paganorum templis; *Eiusdem* libellus contra relationem SYMMACHI, et Epistola ad Imp. EVGENIVM, cum notis *Franc.* IVRETI.
v. post *Q. A.* SYMMACHI Epistolas, pag. 318-333. *Paris. 1604, 4.*

— Expositum in Cantica canticorum, et recapitulationum liber vnus.
v. in *Iac.* HOMMEY Supplemento Patrum, pag. 259-275. *Lugd. Bat. 1696, 8.*

— Tractatus de moribus Brachmanorum.
v. cum PALLADIO de gent. Indiae, pag. 57-84. *Lond. 1668, fol.*

— Epistolae de potestate Imperatoris et Episcopi.
v. in *Melch.* GOLDASTI Monarchia S. R. Imperii, Tom. II, pag. 1-19. *Francof. 1668, fol.*

— Epistola ad Episcopos Aemiliae, de festo Paschali.
v. in *Aegid.* BVCHERII Commentar. de doctrina tempor. pag. 474-480. *Antverp. 1664, fol.*

— Hymni.
v. supra huius Catal. Tom. I, Vol. III, pag. 2019.

— Milleloquium summam totius doctrinae illius AMBROSII sub mille titulis, seu generalibus capitibus ordine alphabetico digestis, complectens, authore BARTHOLOMAEO, *Vrbinate Episcopo. Lugd. ad Salamandrae, ap. Senetonios fratres*, 1556, *fol.*

— *Büchlein an eine geschwechte Nunnen, aus dem Latein in das Deutsch gebracht von* Joach. *von der* HEYDEN. Leipzig, *durch Valten Schumann*, 1528, 4.

* *

§. XVII.

VIGILIVS.

D. VIGILII, *Martyris, Episcopi Tridentini*, Opus contra EVTYCHEM aliosque haereticos. *Tubingae, ap. Hulderich. Morhardum*, 1528, *fol.*

— Libri V contra Eutychianam confusionem duarum naturarum, damnatam in Synodo Chalcedonensi. *In officina Voegeliana, sine anno*, 8.

— Epistolae II de martyrio SISINNII et sociorum.
v. in Actis Sanctor. Antuerp. Maii, Tom. VII, pag. 41-45.

§. XVIII.

* *

§. XVIII.

COMMODIANVS.

COMMODIANI Instructiones aduersus gentium Deos. —

Editiones vid. supra huius Catal. Tom. I, Vol. III, pag. 2019.

* *

§. XIX.

GAVDENTIVS BRIXIANVS.

GAVDENTII, *Episcopi Brixiani*, Tractatus seu Sermones aliquot.

v. inter Monumenta Patrum orthodoxographa, Vol. II, pag. 1793-1860. *Basil. 1569, fol.*

— Tractatus in varia Scripturae loca.

v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. V, pag. 942-975.

— Sermones, qui exstant, nunc primum ad fidem MSS. Codd. recogniti et emendati. Accesserunt RAMPERTI et ADELMANNI, *Brixiae Episcoporum*, opuscula. Recensuit ac notis illustrauit *Paul* GALEARDVS. *Patav. excud. Ioseph. Cominus, 1720, 4.*

— Sermones, qui exstant, ad fidem MSS. Codd. recogniti et emendati. Recensuit denuo ac notas secundis curis auctas adiecit *Paul* GALEARDVS.

v. in Eminentiss. *A. M.* QVIRINI Collect. veter. Patrum Brix. pag. 185-379. *Brix. 1738, fol.*

* *

§. XX.

TICHONIVS.

TICHONII, *Afri*, Liber de septem regulis.

v. inter Monumenta Patrum orthodoxographa, Vol. II, pag. 1352-1387. *Basil. 1569, fol.*

— Idem liber, ab *Andrea* SCHOTTO recognitus.

v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. VI, pag. 49-67.

SECTIO III.

PATRES LATINI SECVLI V.

§. I.

SVLPICIVS SEVERVS.

SVLPICII SEVERI, *Bituricensis Episcopi*, Opera omnia, germanae et antiquae restituta lectioni, mendis typorum purgatissima, historicis et christianis notatiun-

tatiunculis illustrata et capitibus distincta. *Paris. ap. Michael Bobin*, 1656, 12.

—— Opera omnia, germanae et antiquae restituta lectioni, mendis typorum purgatissima, historicis et christianis notatiunculis illustrata etc. opera et diligentia *Hieron.* MERCIER. *Paris. ap. viduam Claud. Thiboust et Petr. Esclassan*, 1675, 8.

—— Opera omnia.

v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. VI, pag. 324-373.

—— Opera quae exstant omnia, in duos Tomos distributa, quorum *prior* continet antehac edita, cum notis *Io.* VORSTII, *alter* epistolas antea cum reliquis Operibus nondum editas, ex recensione et cum notis *Io.* CLERICI. *Lips. ap. Thom. Fritsch*, 1709, 8.

—— Historia Ecclesiastica.

Editiones vid. infra inter Scriptor. Histor. Eccles. vniuersal.

—— Epistolae V.

v. in *Luc.* DACHERII Spicileg. veter. Script. Tom. V, pag. 532-536. *Paris.* 1661, 4.

—— Epistolae II ad CLAVDIAM, sororem suam.

v. in *Steph.* BALVZII Miscellan. Lib. I, pag. 329-354. *Paris.* 1678, 8.

Anonymi Epistola de noua SEVERI SVLPICII editione adornanda, vna cum Dissertatione, in qua SEVERVS SVLPICIVS, eiusque Scripta ab errore Millenariorum vindicantur. Accedunt variantes aliquot lectiones ex antiquiss. Cod. Cap. Veron. et aliis MSS. depromtae.

v. nella *Raccolta d'Opuscoli scientif. e filolog.* Tom. XVIII, pag. 69-131. *Venez.* 1738, 12.

* *

§. II.

AVREL. PRVDENTIVS CLEMENS.

Aurelii PRVDENTII *Clementis* Opera.

Editiones vid. supra huius Catal. Tom. I, Vol. III, pag. 2019, 2020.

* *

§. III.

CHROMATIVS.

CHROMATII, *Episcopi*, Concio de octo beatitudinibus, et in Caput V ac VI MATTHAEI.

v. in Micropresbytico veter. Patrum, pag. 412-437. *Basil.* 1550, *fol.*; et inter Monumenta Patrum orthodoxographa, Vol. II, pag. 1192-1221. *Basil.* 1569, *fol.*; et in Biblioth. Max. Patrum *Lugd.* Tom. V, pag. 976-990.

* *

§. IV.

RVFINVS, *PRESBYTER AQVILEIENS.*

RVFINI, *Aquileiensis Presbyteri*, Opuscula quaedam, edita a *Renato Laurent.* de la BARRE. *Paris. per Michael. Sonnium*, 1580, *fol.*

—— Ex-

— Expositio in Symbolum Apostolorum.

v. ad calcem Opp. S. CYPRIANI ex edit. *Io.* FELLI. *Oxon.* 1682, *fol.*

— De adulteratione librorum ORIGENIS ad MACARIVM.

v. in S. HIERONYMI Opp. Tom. V, col. 249-254. *Paris.* 1706, *fol.*

— Prologus in ORIGENIS περὶ ἀρχῶν.

v. ibid. col. 254, 255.

— Apologia pro fide sua ad ANASTASIVM vrbis Romae *Episcopum.*

v. ibid. col. 259, 260.

— Inuectiuarum in D. HIERONYMVM libri II.

v. ibid. col. 261-302.

* *

§. V.

PAVLVS OROSIVS.

Pauli OROSII Historiarum aduersus Paganos libri VII.

Editiones vid. supra huius Catal. Tom. I, Vol. I, pag. 400, et Vol. III, pag. 2134.

— Liber apologeticus contra PELAGIVM, de arbitrii libertate.

v. cum *Eiusd.* Histor. aduersus Pagan. edit. *Colon.* 1574, 8; et in Biblioth. Patrum *Lugdun.* Tom. VI, pag. 448-458; et in edit. *Sigeb.* HAVERCAMPI. *Lugd. Bat.* 1738, 4.

* *

§. VI.

MARIVS MERCATOR.

Marii MERCATORIS Opera quaecunque extant. Prodeunt nunc primum studio *Ioannis* GARNERII, qui notas etiam ac dissertationes addidit. *Paris. ap. Sebast. Marbre Cramoisy*, 1673, *fol.*

— Opera *Stephan.* BALVZIVS ad fidem veterum Codd. MSC. emendauit et notis illustrauit. *Paris. ap. Franc. Muguet*, 1684, 8.

— Acta cum notis RIGBERII. [i. e. *Gabriel.* GERBERONII Societat. Iesu.] *Bruxell. typis Lamberti Marchant*, 1673, 12.

— Acta cum notis RIGBERII.

v. in Biblioth. Max. Patrum *Lugdun.* Tom. XXVII, pag. 129-173.

— Commonitorium contra Pelagianos.

v. in S. AVGVSTINI Opp. Tom. X, Part. II, in append. col. 46-48, ex edit. Benedict. *Antuerp.* 1700, *fol.*

* *

§. VII.

LEPORIVS.

